




colorchecker CLASSIC


+




x-rite

mm

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
(cm)



Digitized by srujanika@gmail.com



10634.

9083

XVIII 233 755.

Table des matières
en ce volume.

- 1^o. Joannis Diophilaci Historia machia page 1°.
- 2^o. Macarius Mutius de triumpho Christi.
- Matthæi Bossi de passione Christi sermo-
page 66.
- 3^o. Triumphus Christi carmine descriptus pœn
Macarium e Mutium page 9°.
- 4^o. Sapientia Christi a Dominico e Macario
carmine descripta page 98.
- 5^o. Baptista Marchio Historia flenda crucis
Iesu Christi page 132.
- 6^o.  Jesuida Hieronymi Siduan ad Petrum Do-
natum page 149.
- 7^o. Janus Seviriens Scrotorus de Quatuor, histo-
ria Passioni Iesu Christi page 164.
- 8^o. Petrus Gellius de morte Iesu Christi ad vi-
tam revocati carmen. page 168.
- 9^o. Sixtus Musæ pœniferales Majoris & Abdoo-
madoe dies exercitatio page 172.
- 10^o. Guicciardini l'apassione di Christo histori-
ata in rima Vulgari page 182.

- 11^o Po annis Ludovici XVII opuscula suo
Iesu christi triumphus. et maria
Parens eius ovatio page 196.
- 12^o Discorso del N. Giuseppe Cartino da
Chioggia &c. page 210
- 13 Discorso fatto dal Alessio Sorri e spra
miravigliosi e segni e miraculosi prodigi nella
morte di et N. Signore page 246

1689

CARMEN DE REV'T MAXIME

ADMIRABILI SIC GAVDII ET LÆ-
TICIAE PLENISSIMA: EA EST DE MORTE AD VI-
tam renocati, & resurgentis de sepulcro, & triumphantis
de hostibus suis, morte, inferno & Diabolo,
viui IESV CHRISTI.

ADORNATVM

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRIS,
simo Principi, ac D. D. Eberhardo, Episcopo Spi-
rensi & Praeposito VVeissenburgensi: Domino
ac Mecenati suo clemen-
tissimo.

A

M. Petro Gellero Oenipontano.



D I L L N G A E

Anno salutis humanae, M. D. LXXXIII.

CARMEN

De morte & Resurrectione DN. nostri
IESV CHRISTI.

HOrrida cum CHRISTVS pateretur spicula mortis,
Et graue pro nostro crimine ferret onus.
Regia versuti pulsavit limina Ditis,
Traxit & inde sacros relligione patres,
Pansis interea portis in limine primo
Rumpit vbi supera mænia nigra manu,
Subsistunt Erebì proceres, Stygiæ & Phalanges,
Et CHRISTVM contra Martia tela parant.
Nuncia dispargunt varia & fera Erinnyes atræ,
Tartarei passim diffugiuntq; lupi.
Conuocat at socios Rector graueolentis Auerni,
Et tales vasto promit ab ore sonos.
Rex ego sum vester, mihi vos sine fine ministri,
Infera quos mecum regna tenere iuuat.
Sed nequeo vestri iam Regis munere fungi,
Tartareæ sedis dum Populator adest.
Ergo agite & si consilio præstatis & arte,
Si vestrum quisquam calliditate valet,
Ne neget ille viam nostræ monstrare salutis,
Fraudibus atq; dolis, nunc opus esse reor.
Sic circumstantes Pluton compellat amicos,
Tristior & solito labra repente premit.
OBstupuere omnes acti terrore sinistro,
Et tremuere metu, ne meminere dolos.
Cauti nil animi sensus, nil astus & ars nil,
Pectora sed dubius friuola rumor habet.
Omnino at vero ne spem despondeat omnem,
Tisiphone dictis sic tenat atra Dycem,

Tu

169

Tu pater, Elysii Dux præstantissime campi,
Hoc volo consilium suppeditare tibi.
Miles in hoc aruo quotus est, & stare videtur,
In Populatorem bella mouere nequit.
Est opus ergo dolis, hunc hunc superemus ut hostem,
Et defendamus pallida regna Stygis.
Primo quemque fugam nostri simulare necesse est,
Discurrant raris & fera monstra locis.
Deinde tuam glomerata cohors simul influat aulam,
Noxiaque occlusis postibus arma paret.
Vna omnes vibrant iacula, & fera spicula promant,
Ac hostem contra toxica tela ferant.
His dictis animum subito Phlegetontes Heros
Sumit, consilium Tisiphoneisque probat.
Improba dein surgit tristi de sede Megæra,
Et plenis buccis acta furore monet.
Tu quoniam, Primas nostræ regionis haberis,
Neu modo neu animis addubitatæ velis.
Horrida quin potius contra hostem arma arma feramus
Pugnemusque aulis fortibus, atque manu.
Hoc age consilium tibi quod promissima pando,
Mens tua nec reliquum poscere debet, ait.
DEnique Gorgoneis Alecto in fœsta venenis
Infit sic Regem voce morata suum.
Tu potes vnanimes armare in prælia fratres,
Et versare odijus tecta, dolisque potes.
Mille nocendi artes nosti: sere crimina belli
Fac qui vis rapiat, poscar, & arma velit.
Præstas ingenio, præstas fulgentibus armis,
Atque acherontæ das modo iura plagis.
Regna igitur serues per fortia tela, per arma:
Non decet inconstans pectus habere Ducem.

A ij

Idem

Idem omnes simul ador agat, noua promere tela,
Rutra, spathas, ignes, spicula, pila, globos.
Non modus est alius quo possit sternier hostis
Ergo consilium Rex placuisse sinas.

Arrisit tandem dictis dominator Auerni,
In Populatorem telaq; saeva mouet.

CHISTVS at has tehnas agitans, per limina Ditis
Irruit & lethes atria stravit ouans
Tartareum ille manu custodem in vincla petiuit,
Trinacq; disrumpens ora repente, necat.
Respicit hinc rabidilatam Plutonis ad aulam
Aggreditur forti mania vasta manu.
Tortis fulminibus vehementius intonat, instat,
Et iacit in nigras tela corusca domos.

HVnc Stygi proceres Acherontæ & Phalanges
Ut videre virum, lucidaq; arma viri.
Pars timide contra stant, diffiduntq; saluti,
Tergaq; pars vertunt, pars trepidantq; metu.
Subsequitur sed rursum hostes per opacaruentes
CHRISTVS, & aduersos fortiter ense ferit.
Ad Regnatoris mox inde revertitur arcis,
Occupat, & rapidum protrahit inde lupum.
Postq; Ducem nodis centum deuinct aheneis,
Horrendæ demto iure manuq; necis.
Sic agit, & Patres sanctos è faucibus Orci
Eripit ac cæli collocat inter opes.

Rursus & exurgens superas euadit ad auras,
Ac gestat manibus læta trophyæ suis.
Hæc animis hodie gratis perpendere dignum est,
Laudibus atq; nouis concelebrare decet
Ergo agite & CHRISTO qui nomina vestra dedistis.
Promite VICTORI carmina læta DEO,

Solute

Solute VICTORI laudum præconia CHRISTO,
 Et Reditum Cythara dicite, & arte Lyræ.
 Dulce RENASCENTI cantate Epinicion ore
 Cygnæo, Passum laude ferendo DEVUM.
 Hic etenim terti conclusus mole sepulcti,
 Iam mortis presso iure reuixit ouans.
 Infernæ Lethes hunc detinuisse cauerna
 Cæca nequit: Reditum non vada nigra vetant.
 Nec quicquam horrisono prohibet latrator Auerni
 Clamore: immani Cerberus ore triplex.
 Æthereas Victor CHRISTVS quin carperet auras.
 Et nigris vmbbris ferret ad astra caput.
 Nam postquam captum validis Plutona catenis,
 Constrinxit, spolijs exuit atq; suis.
 Iureq; vt à piceo propria virtute cohortem
 Christidos eripuit, miscuit atq; polo.
 Dum demum egrediens squalentis sede Barathri,
 Ad summa illustris sydera Victor ijt.
 Hinc veluti senio pressum miramur inertis
 Quem fama est summo scandere colle rogum
 Phænicem: & ramis congestis, ponere menses
 Longæuos, primos & renouare dies.
 Inde nouum nasci, niteat qui macte iuuenta
 Et superet Phænix astra vigore suo,
 Sic ubi per mortem mortales exuit artus
 Et meruit Superas Victor adire domos:
 Sic age victorem CHRISTVM miramur IESVM,
 Soluimus & meritæ præmia laudis ei.
 Quod Stygij misere deceptos fraude Colubri
 Et morsu læsos subleuat auxilio.
 Atq; piæ animas morti subducit amaræ,
 Et proprio amissum sanguine purgat opus.

A ij

Hoc

Hoc duce : quos Coluber cæatos arte fecellit
Duxit & immemores ad vada tetra Stygis.
Hoc duce nil timeant, Claro nam lumine cernunt,
Nubila cum tenebris disjicit ille procul
CHRISTVS enim vera est proles Hyperionis, orbem
Quæ cæcum illustrat lumine, viq; regit.
Quin etiam Sol est, radijs qui illuminat aureis,
Quotquot ab humano sanguine proueniunt.
Hoc duce : quos turpis primorum culpa parentum
Perdidit, & lethi prodidit esse reos.
Hoc duce nil timeant, MORS est absunta triumpho
Perdita nam munus turba salutis habent.
Membris æternum CHRISTVS spirare calorem,
Vitæ & cœlestis reddere suevit opus.
Ut fortunati felicia tempora currant,
Et videant superi gaudia summa chori.
Hoc duce : delicti quos non indebita merces
Exilium, tristis pauperiesq; premit.
Hoc duce nil timeant, reserati splendida coeli
Hoc Victore iterum Regia namq; patet.
Hic patriæ sedes cœlestis : Sanguine CHRISTI
Parta triumphantis, mansio sole pijs.
Quo Victor genus omne feret credentium IESVS,
Æternum lætis accumulando bonis.
Hoc duce : si insolitum aduersis circumundicq; ventis
Vexeris, lauis siue feraris aquis.
Ignibus impositus siue absumaris auaris
Et videoas audios fata suprema, rogos.
Hoc duce non metuas : CHRISTO namq; auspice saluus
Euades, CHRISTVS portus & aura pijs.
Fide DEO tantum : CHRISTO duce nulla procella,
Nulla caput tanget feruida flamma tuum.

Fluctibus

Fluctibus IMMERGIT iustos pia cura Deorum.

At non SVEMERGIT fluctibus illa pios.

Hoc duce: quos luctus, mærorcz informis & æger,
Sæuaqz tristiciæ munera valde grauant.

Hoc duce non timeant: CHRISTVS quia Victor olympi,
Christigenis superi gaudia vera dabit.

Gaudia vera dabit, vitæqz nouissima sanctæ
Æternum angelicis gaudia digna choris,

Semper ubi plaudent choreas, & carmina dicent
CHRISTE triumphantí carmina grata tibi.

HÆc præsenti animo & fas est perpendere plura,
Plenum & solatij pectus habere pñ.

Vos ergo quibus ista crux reparauit IESV
Munera, terrigenæ voluite mente, fide.

Atqz illa arripite, in præcordiacz intima vobis
Figite, non merces parua laboris erit.

Si qua etiam veteris fermenti massa redundat,
Ac è vipereo est felle relicta super.

Excute hanc animis, diramqz auertite pestem,
Et libis animos dulcibus imbuire.

In melius vitam transactam turpibus ausis
Corrigere, assiduum sit quoqz mentis opus.

Turbine dementi neu neu natura feratur:
Frena reclamatrix excutiature manu.

Verum agite addigi CHRISTO atqz accendite votis
Pectora: Victori carmina læta date,

Et CHRISTO grates grata persolute mente,
Membra quot humano semine natus habet.

Atqz ubi iam consors nobis, erroris at expers:
Eluit impuræ sanguine labis onus.

Lenjt & iustum patris iram, admissaqz solus
In se deriuans crimina nostra tulit.

Et

Et nece promeruit vitam mortalibus ægris,
Donans amissas rite salutis opes.
Quod superest autem, Victorem & seruatorem
CHRISTVM supplicua poscite quisq; prece.
Vt nos, quos tristis violento è gurgite lethi
Extraxit, cœli portet advsq; plagam.
Incep beatorum sedesq; domosq; reponat,
Perpetuo angelisq; assimilatq; choris.
Hic ubi Victori æternum carmenq; melosq;
Pangemus, laudes ingeminando nouas.

F I N I S.



